UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 78. Juramentum Clero Augustano a Suecis impositum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67394

Visual Library

Auguſtam applaudente ſæce Lutherana deducebatur, qui numerata pecunia a piis Viris redemptus, altero poſt die obiit.

Sæc. XVII. A. C. 1633.

§. LXXVIII.

Juramentum Clero Auguſtano a Suecis impoſitum.

Ne vero quis dubitaret, odii in Clericos nutricem eſſe Religionis diſſimilitudinem, hinc Benedictus Oxenſtirnius die decima ſeptima Menſis Maji omnes Viros Eccleſiaſticos jamjam tributorum exactionibus emunctos, atque enervatos etiam conſcientiæ libertate, ſuique Status privilegiis ſpoliare aggrediebatur, dum novam eisdem juramenti formulam imponeret, hujus tenoris: „Nos Prælati, Præpoſitus, Canonici, Priores, Jeſuitæ, Religioſi, Clerici, & quotquot Eccleſiaſtico nomine cenſemur, promittimus, ſpondemus, ac juramus, nos omnes & ſingulos Coronæ Sueciæ, ejusque confœderatis ſemper & ubique fideles futuros, eisdem omnem obedientiam, & ſinceram fidem ſervaturos: contra dictam coronam Sueciæ, ejus Provincias & populos, itemque confœderatos nihil mali, proditionis, doli vel fraudis, vel quocunque nomine

Kham. & Stengel. l. c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVII. „dici poſſit, unquam ſive per nos, ſive
A. C. 1632. „per alios machinaturos, cogitaturos
„locuturos, conſulturos, vel attenta-
„turos: verum ipſorum, eorumque
„provinciarum, populorum, exer-
„tuum, & adhærentium utilitatem
„& commodum ſemper & ubique pr
„virili noſtra promuturos, damna
„incommoda omni diligentia abſque
„ulla exceptione impedituros, & am-
„turos, ſic nos Deus adjuvet, & qua
„chara nobis eſt cæleſtis gloria, & no-
„ſtrarum utrinque Salus animarum
„&c, „

Ephemer. Aug. p. 163. Huic decreto omnes Eccleſiaſtici
ſubmittere, jurare ac ſubſcribere, v
poſtera die Auguſta excedere jubeba-
tur. Altera autem die Capituli C
thedralis Præpoſitus nomine toti
Cleri ſummo mane hæc reſpondit
„evoluto Menſe Majo Rex pro ſua, ſuo-
„rumque ſecuritate idem a nobis peti
„nos vero nomine utriusque Cleri tum
„propoſitam juramenti formulam Re-
„ligioni Catholicæ, in qua tamen Re
„ac ipſemet Oxenſternius Catholicos
„ſe tuiturum pollicitus eſt, ſtatui no-
„ſtro conſcientiæ, ac Profeſſioni noſtræ
„multimodis adverſari, diſertis verbis
„declaravimus, ſimulque aliam, qua
„Regis ſuorumque ſecuritati ſat cau-
„tum eſſet, juramenti formulam por-
rex-

„reximus, palam profeſſi, quod hanc, „nec ullam aliam ſalva Religione & „conſcientia præſtare valeamus. Huc„usque Regiam deciſionem deſuper „præſtolati ſumus: nunc vero rurſus, „nos adverſus noſtram conſcientiam, „Statum, vocationem, & Religionem „Catholicam, cujus libertatem Rex „nobis ſemel indulſit, haud gravatum, „ſed plene quoad omnia protectum iri „confidimus.„ Verum Oxenſtirnius Præpoſitum nequidem reſponſo dignatus, omnino juſſit, ut vel ſine omni ambage Clerus propoſitam fidei formulam juramento firmaret, vel illo adhuc die urbe excederet.

Sæc. XVII. A. C. 1633.

§. LXXIX.

Clerici Auguſtani ex Urbe migrare compulſi.

Cum autem unaomnes Eccleſiaſtici ſerio perpenderent, quod nullatenus mere politica fides ab eis peteretur, ſed ſub generali Proteſtantium commoda promovendi lege fidem Catholicam nec conſiliis, nec verbis, imo nequidem *cogitatione* tueri permitterentur, hinc unaomnes decrevere, potius cuncta relinquere, atque in exilium abire, quam Suecicis duntaxat Miniſtris, ac Proteſtantibus ſibi fœderatis

Ephemer. Abbat. ad S. Crucem.